



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

**Parisiis, 1644**

Concilium Hervfordiae Celebratvm XXIV. Die Mensis Septembris, anno Christi DCLXXIII. inductione prima, & sub initio primi anni Lotharii regis Cantii, praesidente Theodoro Cantuariae, alias ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15300**

ADEODATVS C. HERVDFORDENSE. CONSTANTINVS POG IMP.  
PAPA. LOTHARIUS REX CANTII. 499

ANNO  
CHRISTI  
670.

## C A N O N .

Si quis presbyter, diaconus, subdiaconus, vel clericus, symbolū, quod inspirante S. Spiritu apostoli tradiderunt, & fidem S. Athanasii præfusis irreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnatur.

### N O T A I A C O B I S I R M O N D I S O C I E T A T I S I E S V .

<sup>1</sup> *Concilium Augustodunense.] In codice Bonæuallis, itemque in Andegauensi, Diuionensi & aliis, qui elenchos exhibent episcoporum, quot numero in singulis Synodis fuerint, & Canones ediderint, postremo loco hæc leguntur: Consensus domini Leodegarii episcopi Augustodunensis. Ego Leodegarius, ac si peccator episcopus, cum consensu fratrum meorum polliciti sumus, & perpetualiter placuit obseruandum. Quæ subscriptio videri potest ad Concilium hoc nostrum pertinere.*

ANNO  
CHRISTI  
673.

## CONCILIVM HERVDFORDIAE

CELEBRATVM XXIV. DIE MENSIS SEPTEMBRIS,  
anno Christi D CLXXIII. indictione prima, & sub initio  
primi anni Lotharii regis Cantii, præsidente Theodoro  
Cantuariæ, alias Doroberniæ archiepiscopo:

*In quo ea quæ a patribus transmarinis canonice sunt antiquitus  
decreta, custodienda hic ab Anglis decernuntur:  
decem vero præcipue.*

**A**NNO tertio regis Egfridi Theodorus cogit Concilium episcoporum, vna cum eis qui canonica patrum statuta diligenter & noscent, magistris ecclesiæ pluribus. Quibus pariter congregatis, diligenter ea quæ unitati pacis ecclesiasticæ congruerent, eo quo pontificem decebat animo, cœpit obseruanda docere. Cuius synodicæ actionis huiusmodi textus est.

Bed. lib. 4.  
cap. 5.

In nomine Domini Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, regnante in perpetuum ac gubernante ecclesiam suam eodem Domino nostro Iesu Christo, placuit conuenire nos, iuxta morem Canonum venerabilium tractaturos de necessariis ecclesiæ negotiis. Conuenimus autem die XXIV. mensis Septembbris, indictione prima, in loco qui dicitur Herudford. Ego quidem Theodorus, quamuis indignus,

*Concil. Tom. 15.*

Rrr ij

500 ADEODATVS PAPA. CONCILIVM CONSTANTINVS POG. IMP.  
LOTHARIVS REX CANTII.

ab apostolica sede destinatus Dorouernensis ecclesiæ episcopus, & consacerdos ac frater noster reuerendissimus Bisi orientalium Anglorum episcopus, quibus etiam frater & consacerdos noster Vvilfridus Nordanhumbrorum gentis episcopus per proprios legatarios adfuit. Adfuerunt & fratres & consacerdotes nostri Putta episcopus castelli Cantuariorum, quod dicitur Rothschester, Lutherius episcopus occidentalium Saxonum, Vinfridus episcopus prouinciæ Merciorum. Cumque in vnum conuenientes iuxta ordinem quique suum resedissemus :

Decreta &  
Canones  
sanctorum  
patrum ab  
omnibus te-  
nenda susci-  
piuntur.

Rogo, inquam, dilectissimi fratres, propter timorem & amorem Redemptoris nostri, vt in commune omnes pro nostra fide tractemus, vt quæque decreta ac diffinita sunt a sanctis ac probabilibus patribus, incorrupte ab omnibus nobis seruentur. Hæc & alia quamplura, quæ ad caritatem pertinebant, vnitatemque ecclesiæ conseruandam prosecutus sum. Cumque explessem prolocutionē, interrogavi vnumquemque eorum per ordinem, si consentirent ea quæ a patribus canonice sunt antiquitus decreta custodire. Ad quod omnes consacerdotes nostri respondentes dixerunt: Optime omnibus placet, quæque definierunt sanctorum Canones patrum, nos quoque omnes alacri animo libentissime seruare. Quibus statim protuli eumdem librum Canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaueram: quia maxime nobis necessaria sciebam, illis coram ostendi, & vt hæc diligenterius ab omnibus susciperentur rogaui.

## C A P I T V L A.

### I.

De pascha. Vt sanctum diem paschæ in commune omnes seruemus dominica post decimam quartam lunam primi mensis.

### II.

De episco-  
pis. Vt nullus episcoporum parochiam alterius in-  
uadat, sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis.

### III.

De mona-  
steriis. Vt quæque monasteria Deo consecrata nulli

1- Ann  
is Crea  
a-  
m-  
nt  
lli  
us  
es  
m-  
es  
ta  
n-  
d-  
n-  
-  
e-  
n-  
o-  
m-  
is  
**ADEODATVS HERVDFORDENSE.** CONSTANTINVS POG. IMP.  
PAPA. LOTHARIVS REX CANTII. 501  
**ANNO CHRISTI** 673. episcoporum liceat ea in aliquo inquietare , nec  
quidquam de eorum rebus violenter abstrahere.

I V.

Vt episcopi monachi non migrant de loco ad De mona-  
locum, hoc est, de monasterio ad monasterium, ni- chis episco-  
si per dimissionem proprii abbatis, sed in ea perma- pis.  
neant obedientia , quam tempore suæ conuersio-  
nis promiserunt.

V.

Vt nullus clericorum relinquens proprium epi- De clericis.  
scopum, passim quolibet discurrat , neque alicubi  
veniens absque commendatitiis literis sui præfulis  
fusciptiatur. Quod si semel suscepimus est , & noluit  
inuitatus redire , & susceptor , & is qui suscepimus est  
excommunicationi subiacebit.

V I.

Vt episcopi atque clerici peregrini contenti sint De episco-  
hospitalitatis munere oblato , nullique eorum li- pis & clericis peregrini-  
ceat vllum officium sacerdotale absque permissu  
episcopi, in cuius parochia esse cognoscitur, agere.

V II.

Vt bis in anno Synodus congregetur : sed quia Synodi bis  
diuersæ causæ impediunt, placuit omnibus in com- in anno.  
mune , vt Kalendis Augusti in loco qui appellatur  
Clofeshooch semel in anno congregetur.

VIII.

Vt nullus episcoporum se præferat alteri per am- Episcopo-  
bitionem , sed omnes agnoscant tempus & ordi- rum locus,  
nem consecrationis suæ.

I X.

In commune tractatum est , vt plures episcopi Episcopo-  
rum numerus.  
Rrr iij

502 ADEODATVS C. HERVDFORDENSE. CONSTANT. POG. IMP.  
PAPA. LOTHAKIVS R. CANTII.

crescente numero fidelium augerentur, sed de hac  
re ad presens filemus.

ANNO  
CHRISTI  
675.

X.

De coniu-  
gio.

Pro coniugii, vt nulli liceat nisi legitimum ha-  
bere connubium. Nullus incestum faciat, nullus  
coniugem propriam, nisi, vt sanctum euangelium  
docet, fornicationis causa relinquat. Quod si quis-  
quam propriam expulerit coniugem legitimo sibi  
matrimonio coniunctam, si Christianus esse recte  
voluerit, nulli alteri copuletur; sed ita permaneat,  
aut propriæ reconcilietur coniugi.

Subscri-  
ptiones, &  
datum.

Penæ in  
violatores.

His itaque capitulis in commune tractatis ac diffini-  
tis, vt nullum deinceps ab aliquo nostrum oriatur con-  
tentio scandalum, aut alia præ aliis diuulgarentur, pla-  
cuit vt quæque diffinita sunt, vnuſquisque nostrum ma-  
nus propriæ subscriptione confirmaret. Quam senten-  
tiam diffinitionis nostræ Titillo notario scribendam di-  
ctauit, actum in mense & indictione supra scriptis. Quis-  
quis igitur contra hanc sententiam iuxta decreta Cano-  
num, nostra etiam consensione ac subscriptione manus  
nostræ confirmatam, quoquo modo venire, eamque in-  
fringere tentauerit, nouerit se ab omni officio sacerdo-  
tali & nostra societate separatum. Diuina vos gratia in  
vitate sanctæ ecclesiæ suæ viuentes custodiat incolumes.

Innocētius <sup>a</sup>  
papa in epi-  
ſtola ad Pe-  
trum Com-  
pōtellanū  
vocat vn-  
decimum  
Toletanum  
Concil. au-  
thenticum.

CONCILIVM TOLETANVM XI.

ANNO  
CHRISTI  
675.

NOVEM ET DECEM EPISCOPORVM,

IN QVO SEDIVM EPISCOPALIVM DIVISIO  
facta est, anno quarto \*Vvambani regis, VII. Idus <sup>\*Bamb</sup>  
Nouembris, anno Redemptoris nostri DCLXXV. tem-  
pore Adeodati papæ. Est prouinciale.

TITVL CIAPITVLORVM.

- I. Ne tumultu Concilium agitetur.  
II. Non debere metropolitanum a

confinitimorum instructione cef-  
fare.